



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quibus modis debeat hoc sacramentum administrari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Doctores de Confirmatione Sacramentali, & docent quòd Spiritus sanctus qui datus est in Baptismo ad mundationem animę existentis in originali peccato, in Cõfirmatione inuocatur, & datur ad corroborandum & confirmandum nos, vt maneamus constantes & fortes in duello aduersus peccata pristina & diabolũ: Et quanuis non sit tã necessarium, sicut Baptismatis Sacramentum est, vel Eucharistię vel penitentię, cõ quòd hæc tria habent præcipuam promissionem Euangelij, id est, remissionis peccatorum, sunt quę à Christo instituta & præcepta in Euangelio tamen quia non solùm indigemus remissione peccatorum, sed opus habemus corroboratione & auxilio Spiritus sancti ad currendam viam mandatorum Dei, ad cauenda lætalia vitia, & ferendam crucem, ad vitandam desperationem in fide Christiana, ad superandam Diaboli tentationem & alia huiusmodi, omninò necessarium est Confirmationis Sacramentum ijs qui perseuerare volunt vsque ad finem: & ex his causis Ecclesia veneratur hoc Sacramentum propter constantiam fidei, & maximè in tribulatione & angustijs. Dederunt olim Patres hoc Sacramentum tam paruulis, quàm adultis: Adultis, propter propriam & spontaneam suę fidei confessionem: Paruulis vero, tanquàm nouis Christi tyrunculis, vt ad pugnam hæc quasi armatura Spiritus sancti cõtra Sathanę potestatem munirentur & animarentur. Hoc autem Sacramentum incumbit administrare Episcopo, vt qui habet specialem curam & regimen Ecclesię, & cuius est intendere sibi ipsi & toti gregi Dominico, Acton. cap. 20.

3. Tertio, Episcopus hoc confirmationis Sacramentum administraturus, debet primò populum instruere in verbo Dei, & informare, quid sit hoc Sacramentum, & quare in Ecclesia fiat: deindè adstātes ad orationem sobriã exhortari, vtque ieiuni, nisi necessitas impe-

impedie
Concilio
nētes, co
ncipare
tatum n
Sacram
erit: qu
crum nu
informa
tionis, f
didè ad
poru va
cramen
tempu
erunt o

1. Q
2. Q
da

3. Q

ab his a
res inu
desider
cendi,
pulo a
opus d
tur Ap
primo

impedierit, hoc Sacramentum accipiant. Sic enim in Concilio Aurelianensi statutum est, vt non nisi ieiunantes, confessi, ac adultæ ætatis homines, de illo participarent: sed vereor ne prælatorum neglectus, qui tantum nescio quam externam pompam curant, huic Sacramento magnum in mundo contemptum pepererit: quæritur enim tantum ornatus aliquis, & lucrum nummorum: nihil aut perparum monent vel informant populum de virtute & efficacia Confirmationis, sed similes videntur illis quæ mensam splendide adornant scutellis & cyathis, sed omni cibo & potu vacuis: nec illos vrget, quod hæretici hoc Sacramentum planè contemnunt, quin & ipsi hac contemptui reddant. Corriganur igitur abusus, & saluantur omnia, &c.

CAPVT IX.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit ordo Ecclesiasticus.*
2. *Quid conferatur ijs, qui suscipiunt sacros ordines.*
3. *Quis debeat ordinare ministros Ecclesie.*



Rdo est vocatio ad ministerium docendi Euangelium, & administrandi Sacramenta, sicut ait Apostolus 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei: ab his autem maximè exigitur, vt fideles dispensatores inueniantur. & 1. Timoth. 5. Si quis episcopatum desiderat, id est, huiusmodi officium regiminis, docendi, administrandi Sacramenta & verbum Dei populo ad gloriam Dei & salutem proximi, hic bonum opus desiderat: nihil hic de externa prælatura loquitur Apostolus, sed potius de ipso officio. Actorum primo. Eritis mihi testes &cæt. Porrò hoc Sacramentum